

284

282

288

278

293

273

333

233

383

183

De loco, in quo Apostoli fuerunt divisi ab invicem  
per mundum.

Arce David perspecta revolvimus nos et avertimus nos  
ab occidente, et per viam, per quam venimus, reversi sumus,  
usque ad angulum illum, juxta quem beata Virgo exspectabat,  
ut fol. 103. A. dictum est. Ab hoc angulo paululum progressi  
sumus contra austrum, et ad locum venimus, ubi viae per  
modum crucis se intersecant, ita quod homo in medio crucis,  
quam viae faciunt, stans potest ire contra orientem aut occi-  
densem; contra meridiem, aut aquilonem. Et ibi est locus  
divisionis Apostolorum. Nam in coenaculo Syon tractaverant  
cum beata Virgine de eorum per mundum divisione, ut eis  
praeceptum fuit, Marci ultimo. Et post Spiritus Sancti missio-  
nem (B), cum jam per Judaeam praedicassent et aliqui anni  
elapsi fuissent, compulsique persecutionibus Iudeorum, die XV.  
Iulii, jussu beatae Virginis se ad recessum disposuerunt, nihil  
aliud secum ferentes, nisi articulos fidei, quos XII. Apostoli  
composuerant in primo concilio, quod celebratum per eos fuerat  
in monte Syon. Cum autem jam hora recessus eorum instaret,  
cum magna reverentia provoluti ad pedes beatissimae Mariae  
Virginis benedictionem et licentiam ab ea postulabant, quos  
Virgo levavit, et complexa singulos benedixit, cum lachrymis  
fuentes dimisit ire. Qui omnes simul de coenaculo egressi usque  
ad illam viam in cruce crucem praedicaturi steterunt, et ibi

Ende

Anfang

